

Band III., Nr. 897, Seite 400-401

Kaiser Friedrich (II.) nimmt das Kloster Rottenmünster mit allem was dazu gehört, in seinen und des Reiches unveräußerlichen Schutz und beauftragt die Stadt Rottweil, diesen Schutz in seinem Namen zu üben.

Speyer, 1237.Juli.

Fridericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex. Per presens scriptum notum esse volumus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Ita, venerabilis abbatissa, et conventus monialium de Rotenmünster, Cysterciensis ordinis, fideles nostre, imperiali clemencie nostre humiliter supplicarunt, ut, quia idem monasterium, persone, familia, predia et omnia bona ipsarum sub nostra et imperii advocacia consistunt, tam monasterium quam personas, familiam, possessiones et omnia bona sua, que in presenciarum iuste possident vel in antea iusto titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii protectione et favore speciali recipere dignemur, advocaciam ipsius monasterii et prediorum suorum, prout ex generali approbata consuetudine et immunitate Cysterciensis ordinis nobis et imperio pertinet, pleno iure in nostra reservantes et imperii dicione et nullo futuro tempore a nostris et imperii manibus alienari vel subtrahi permittentes. Nos itaque, feminei sexus inpotenciam attendentes et ferventem zelum, quo ad cultum divini obsequii iugiter elaborant, sexum excellentes in opere et operis sorcientes meritum in effectu, iustis earum supplicacionibus annuentes, predictum monasterium, abbatissam, conventum, familiam predia et omnia bona ipsarum, que iuste possident in presenti et rationabiliter adipisci poterunt in futurum, in nostram et imperii protectionem et favorem nostre gratie recepimus specialem. Advocaciam ipsius monasterii ad nos iure speciali spectantem promittentes^a in nostris et imperii manibus retinendam, et quod nunquam eam a nobis alienari vel subtrahi permittemus, presentis scripti auctoritate mandantes ministris de Rotwyl pro tempore constitutis, ut monasterium, abbatissam, conventum, familiam, predia et universa bona ipsarum sub nostra protectione et advocacia consistencia nostri auctoritate culminis tueantur nec permittant malignorum incursibus temere molestari; quin potius, ubi per eas vel ipsarum nuncios ad eos querimonia deferetur earum, contra offensores ipsarum vel super causis que in eorum iurisdicione ad forum ipsorum spectare noscuntur, eis plenitudinem iusticie faciant et ipsarum indemnitatem foveant et quietem. Preterea prohibemus presenti

^aSo steht in der Abschrift des Vidimus, die auf S. 48 unrichtig hat: *committentes*.

II

pagina universis, quatenus nullus sit qui predictum monasterium, abbatis-
sam, conventum, familiam in prediis vel ceteris bonis suis, que nunc habet
vel iustis modis habebit in antea, contra presentis protectionis et favoris no-
stri paginam presumat offendere vel aliquatenus indebite molestare. Quod qui
presumpserit, indignacionem nostram se noverit incurrisse. Ad huius itaque
protectionis et favoris nostri perhennem memoriam presens scriptum fieri et
sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

 Acta sunt hec anno
dominice incarnationis millesimo ducentessimo tricesimo septimo, mense Iu-
lii, decime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, dei gratia
Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, Romani
imperii eius octavo decimo, regni Ierusalem undecimo, regni vero Sicilie tri-
cesimo nono, feliciter. Amen. Datum apud Spiram, anno, mense, indictione
prescriptis.

—

Nach der Kopialiensammlung des Klosters Rotenmünster, einer Papierhandschrift
des 16. Jahrhunderts, S. 48.

 Außer dieser Abschrift findet sich dort,
S. 45, noch eine zweite Abschrift, die in einem Vidimus des Kaisers Ludwig aus
Esslingen, den 31. März 1330, enthalten ist. Sie hat aber außer der in der Anmer-
kung nachgewiesenen besseren Schreibung keine bemerkenswerten Abweichungen.
Die Urkunde ist schließlich auch aufgenommen in eine Bestätigungsurkunde von
König Ruprecht von 1408 März 14, vgl. zu dieser JOHANN FRIEDRICH BÖHMER:
Regesta Imperii Abt. 1: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751-
918, Bd. 1, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Engelbert Mühlbacher,
2. Aufl. beendet von Joachim Lechner, Innsbruck 1908. [ND der 2. Aufl. H0, Bd.
2,1, S. 387, Nr. 5208.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 1141

Überlieferung und Textkritik:

Aufgenommen in der Bestätigungsurkunde Kg. Ruprechts. Abschrift: HStA Stuttgart B 494 U 1. War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 211, S. 45.

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. XVIII, S. 298. Huillard-Bréholles: *Historia diplomatica*, Bd. 5, 1, S. 90.

Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 3, S. 5, Nr. 21. Regesta Imperii Abt. 5, 1, 1, Nr. 2262.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Speyer

Aussteller:

Friedrich II.; König/Kaiser

Ortsindex:

Jerusalem, Israel
 Rom, Latium, Italien
 Rottenmünster Wohnplatz (12415)
 Rottenmünster, Rottweil, RW
 Rottweil Wohnplatz (12416)
 Rottweil, RW
 Sizilien, Italien
 Speyer, SP